



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De glorificatione pedum cuiusdam magistri, cap. 54.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

740 DE POEN. ET GLOR. MOR.  
ne me? Respondentibus illis: Bene te cognoscimus,  
tu es talis frater noster. Cœperunt eum interrogare  
de statu quarundam animarum: quos ille de singulis  
expeditiit, dicens quasdam esse male, quasdam valde  
male, quasdam etiam bene, quasdam valde bene. Quæ  
cūm etiam interrogassent de griseis monachis. Respo-  
dit: Præmium illorum maximum est, & lucent sicut  
sol in regno cœlorum. Hæc mihi relata sunt à quodā  
Abbate nigri ordinis. APOLLON. Huic visioni concor-  
dat, quod dictum est superius in distict. 7. cap. 60. v-  
bi ordo noster sub mantello beatæ Dei genitricis cō-  
gregatus est. CAESAR: verum dicis. APOLL. Quod ju-  
stis reprimissum est a Domino: Fulgebunt justi sicut  
sol in regno patris eorum, nescio utrum intelligendū  
sit de corpore vel de anima. CAESAR. Corpora ele-  
ctorum post resurrectionem lucebunt, vt credimus, si-  
cūt sol, non sicut modò lucet, sed sicut luxit ante lap-  
sum, hoc est, septempliciter tantum ut modò, teste I-

Matt. 13 Isaias 30. saia: Et erit, ait, lux lunæ, ut lux solis, & lux solis sep-  
templiciter, ut lux septem dierum: anima vero multo  
plus lucebit quam corpus. APOLLONIVS: Claritatem  
corporum vellem mihi aliquo exemplo probari. CA-  
SARIUS: Ut enim taceam de transfiguratione Domini-  
ci corporis, referam tibi exemplum, quod nuper au-  
diui.

CAPUT LIII.  
**M**agister quidam Pariensis infirmatus, cūm de  
glorificatione corporum cogitaret, & hæsitās  
in corde suo diceret, quomodo poterit esse, ut  
corpora ista fidelia & putrida lucere possint in futuro  
sicut sol, ad pedes suos, quos de operimento exerat,  
respexit. Et ecce, tantus splendor de illis exiuit, ut o-  
culi eius reuerberati eos intueri nequirent: moxque  
ad se reuersus, gratias egit Christo, cuius virtute, an-  
August. tequam moreretur, ad fidem resurrectionis reductus  
l. 22. de est. APOLLONIVS: Quomodo poterunt oculi tantum  
ciuitate fulgorem sustinere? CAESARIUS: Ut dicit Augusti-  
Dei. cap. nus: Longè erunt tunc alterius potentia, quam mo-  
29. dò, nam & ipsi glorificabuntur.

CA-

